



# **Positiones illustres de nuptiis et tutelis**

<https://hdl.handle.net/1874/341617>

69.

POSITIONES ILLUSTRÉS  
DE  
N U P T I I S  
ET  
T U T E L I S.

Q V A S

D. O. M. I.

P R Æ S I D E

*Viro Clarissimo,*

D. ANTONIO MATTHÆO, Juris An-  
tecessore Primario, In illustri Academiâ  
Ultrajectinâ.

*Publicè defensor*

CORNELIUS BLYENBURCH.

*Ad diem 28. April. horâ locoque solitis.*



U L T R A J E C T I,

Ex Officina JOHANNIS à WAESBERGE

Anno M. D. C. LII.

*Clarissimis, doctissimis ac consultissimis Viris,*  
D. PAULO VOET J.U.D. & Lib. Art. Mag. nec  
non Philosophiæ & Metaphysices in Academia Ultra-  
jectina Professori Ordinario, & p. t. Rect. Magnif. præ-  
ceptoris meo de studiis meis optime merito nunquam  
non honorando.

D. ANTONIO MATTHÆO J.U.D. ejusdem-  
que facultatis in Academia Ultrajectina Antecessori  
primario præfidi meo plurimum venerando.

D. ISSACO CHABANÆO M. D. & Illustris  
Scholæ Buscoducensis Rectori, quondam præceptoris  
meo, quoad vivam colendo.

NEC NON  
*Nobilissimis, clarissimis, conspicuisque viris juvenibus,*  
D. WILHELMO DIMMER, } amicis  
D. EERICO DIMMER, } meis  
D. ARNOLDO TEMPELAER, J.U.D. } non  
} è multis.

UT ET  
*Doctissimis, omnique virtutum genere ornatissimis*  
JUVENIBUS,  
D. THEODORO GRASWINCKEL.  
D. MARTINO RUSSEN.  
D. TIELEMANNO de BREUGEL.  
D. CHRISTIANO EDMESSTON.  
D. HERMANNO de BREUGEL.

*Amicis, & commilitionibus integerrimis*

Hanc Disputationem Iuridicam

In affectus, & gratitudinis Signum

Offero, & Inscribo

C. BLYENBURCH Resp.





POSITIONES ILLUSTRES

DE

NUPTIIS

ET

TUTELIS.

POSITIO I.



NUPTIAE consensu

contrahuntur *l. 2. l. non cogitur 21. D. de rit. nupt. l. manifestum C. eod. l. nuptias 30. D. de reg. jur. nov. 22. cap. 3. Quare nec dos desideratur, nec donatio propter nuptias, nec instrumentum nuptiale, ac ne deductio quidem sponsæ in domum mariti l. si vicinis 9. l. si donationum 22. C. h. tit. l. cum hic status 32. §. si mulier D. de donat.*

A

POSITIONES ILLUSTRÉS

*donat. int. vir. & ux. Duar. ad tit. de nupt. cap. 2. Donel. 13. com. 20. Diff. Hotom. ill. quæst. 25. Pac. 5. antin. 47.*

I I.

An promulgationes solennes & benedictio sacra hodiè sunt de substantia matrimonii? Non videtur *Moller. part. 4. constit. elect. 20. n. 3. Sand. 2. tit. 1. def. 1. Kitzel. in synopsis matr. cap. 4. theor. 6.* Unde si sponsus cum sponsa ante sacram benedictionem congressus fuerit, tamen peccet, partum tamen pro legitimo haberi, æquum bonum dicitur. *Vide Charond. in memorab. verb. enfans. Robert. 2. rer. jud. 17. Mornac. in l. libera 24. D. de rit. nupt. Gomes. l. Taur. 14. in fin.*

I I I.

Consensui contrarius est metus, dolus, atque error: Si igitur matrimonium injecto metu contractum sit, aut dolo inductus erraverit circa personam, vel conditionem personæ, matrimonium irritum est: Sin erraverit circa fortunas vel qualitatem, non æquè irritum est. *l. nihil 116. D. de reg. jur. l. si per errorem 15. D. de jurisd. l. 21. & seq. D. h. tit. l. 12. & 14. C. eod. c. cum locum de sponsal. c. significavit, de eo qui dux in matr. c. proposuit de conjug. serv. c. un. 29 q. 1. c. quemadmodum de jurej. Confer Alb. Gentil. 3. de nupt. 11. & 7. c. 9. Beust. part. 2. de nupt. cap. 34. & 44. Schneid. part. 4. de nupt. n. 59.*

I V.

Patris consensus, in cujus potestate sunt liberi, præcedere nuptias debet *pr. Inst. h. tit. l. 2. & 10. D. eod. Quid si sequatur nuptia-*



DE NUPTIIS ET TUTELIS.

nuptias jam contractas? Æquius est ratihabitionem patris retrò trahi, ad tempus nuptiarum contractarum, liberosque interim natos in numero legitimorum computari. *arg. l. in omnibus 90. D. de reg. jur. l. placuit 8. C. de jud. l. donationes 25. C. de don. int. vir. & ux. l. ult. C. ad SC. Maced. l. 5. C. de natur. lib. l. dotis promissio 68. D. de jur. dot. Wesf. Heig. Pac. Bachov. ad d. pr. Inst. Diff. Cuj. 3. obs. 5. Hotom. ill. quest. 9. Beust. d. part. 2. c. 46.*

V.

Nuptiæ sine parentum consensu contrahi non possunt, contractæ tamen non solvuntur. *Paul. 2. sent. 19.* Hanc Pauli sententiam multi sequuntur *Cujac. d. obs. 5. Coras. 1. miscel. 17. Hotom. disput. de rit. nupt. cap. 3. Schneid. part. 2. de nupt. n. 35.* Alii ita probant, si corporum conjunctio secuta fuerit. *Beust. d. cap. 46. Maufer. ad pr. Inst. de nupt. pag. 343. Kitzel. de matr. cap. 4. theor. 5. Wesf. parat. de rit. nupt. n. 8.* Rectius eandem prorsus repudiant *Donel. 13. com. 20. Duar. d. cap. 2. Conna. 8. com. 4. Gentil. 4. de nupt. 7. Bez. de divort. pag. 77. & 145. Sand. 2. tit. 1. def. 4. Gor. tract. 3. advers. 10. n. 18.*

VI.

In computandis gradibus cognationis rectè jus civile sequimur, cū computatio canonica in transversa linea omninò inepta atque absurda sit. Neq; audiendi, qui hîc minimè mutâda censent, quæ vetus consuetudo comprobât. *Hotom. disput. de grad. cogn. cap. 3. Beza de divort. pag. 23. & seqq. Gentil. 5. de nupt. 6. Borch. de grad. pag. 10. Molin. ad c. non debet de consang. & adfn. Diff. Duar. tit. de inoff. testam. cap. 5. Covar. de matrim. part. 2. cap. 6. §. 6. n. 8. Beust. d. part. 2. cap. 51.*

POSITIONES ILLUSTRÆ

*Kitsel. cap. 3. theor. 7. Chemnit. loc. com. 3. cap. 2.*

VII.

Inter Pontifices haut facile reperietur, qui juris peritior fuerit Innocentio III. Nihil tamen infulsius ab eo dici potuit, quam quod habetur *c. pen. de consang. & adfin. Quaternarius numerus benè congruit prohibitioni nuptiarum, quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant ex quatuor elementis. Nec minus miserandum, quod legitur c. 1. caus. 35. q. 4. Propinquitas generis sex gradibus terminatur, sicut sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur. Eiusdem farinae videtur esse illud Alexandri II. in c. ad sedem 35. q. 5. Quia nuptie sine duabus non valent contrahi personis, ideo sacri canones duas in uno gradu constituerunt personas. Et Nicolai II. in c. quedam d. caus. 35. q. 2. & 3. Experimento didicimus ex matrimonio consobrinorum sobalem non posse succrescere.*

VIII.

Solvere non potest lege, qui ipse legibus solutus non est. Cum ergò legibus divinis & naturalibus nemo sit solutus, nec dispensare quisquam poterit de matrimonio contra jus divinum & naturale contrahendo. Quæ autem prohibitiones juris civilis sunt, his solvere contrahentes princeps potest. *l. princeps 31. D. de legib. l. qui in provincia 57. §. 1. D. de rit. nupt. §. ult. Inst. de legit. agnat. tut. l. 1. & 2. C. Si nupt. ex rescr. pet. Mart. clas. 2. loc. com. 10. n. 48. Beza de divor. pag. 72.*

IX.

Agnoscamus autem prohibitionem juris divini & naturalis, non solum in linea recta, sed & transversa §. *inter*



DE NUPTIIS ET TUTELIS

*eas quoque Inst. h. tit. l. 8. l. 14. §. serviles l. 54. D. eod. l. si stipu-  
lor. 3 §. 1. D. de V. O. junct. Lev. 18. & 20. c. literas §. opinio de  
restit. spol. Mart. d. loc. Beza pag. 71. Hotom. d. disput. cap. 5. Cu-  
jac in nov. 12. Beust. part. 2. cap. 51. & 56. Monner. part. 4. cap.  
3. Kitset. cap. 3. theor. 13. & 14. Tarnov. 1. cap. 52. & seqq.  
Diff. Lombard. 4. sent. dist. 34. Wes. d. §. inter eas quoque Inst. h.  
tit.*

X.

Si matrimonium incestum arguatur, an lite pendente  
conjugibus interdicendum usu conjugali? Omnino: si  
modo incestus contra jus divinum aut gentium admittus  
dicatur. 1. Cor. 5. & 2. Cor. 2. Esr. 9. & 10. Matth. 14. v. 7. l. 4.  
C. de incest. nupt. & l. 1. C. Si nupt. ex rest. pet. c. de incestis c.  
progeniem c. contradicimus 3 §. 2. Beza de divort. pag. 69. Co-  
var. part. 2. cap. 6. pr. Kitset. d. cap. 3. theor. 22. Diff. Beust. d.  
part. 2. cap. 52.

XI.

In integrum restitutio adversus matrimonium non est  
concedenda minori: neque enim in fraudem sacri oraculi  
prator quicquam posse debet. Facit l. 1. & 2. C. Qui & adv.  
quos. l. 2. C. Si advers. libert. auth. sacramenta puerum C. Si  
adv. vendit. Gomef. 2. resol. 23. n. 2. Boer. decis. 350. n. 5. Mau-  
rit. de restit. in integr. cap. 245. Oddus de restit. quest. 60. art. 1.  
Sanè adversus sententiam de matrimonio latam, restitutio  
datur Odd. d. loc. n. 18. & seqq.

XIII.

Temporis quoque præscriptio, quamvis longissimi non  
est admittenda in causa matrimonii: sive matrimonium in-  
cestū & prohibitū quis tueri ea velit, sive prius matrimoniū



POSITIONES ILLUSTRÉS

legitimum præscriptione posterioris disturbare. *l. qui in provincia* 57. *S. 1. D. de rit. nupt. c. non debet de consang. & adfin. c. cum haberet in fin. de eo qui dux. in matrim. Balb. de præscript. part. 1. part. 6. n. 3. Bald. in l. 1. C. de emanc. liber. Gail. 2. obs.*

112 n. 1 1

XIII.

In causis matrimonii non posse plures probationes imperfectas conjungi, eo quod nec in criminalibus id fieri possit, tradunt Dd. *arg. l. fin. C. de probat. Dec. in c. cum causam* n. 32. *de probat. Marsil. in l. de minore §. plurimum* n. 63. *D. de quest. Mascard. de probat. concl.* 134. n. 22. *Gail. 2. obs.* 94. n. 9. *Kitseca p. 10. theor.* 17. *Wes. par de rit. nupt. n. 5.* Verum cum posterius sit falsum, ac per eandem *l. fin.* infirmari possit, prius quoque ruat necesse est. *Vide Duar. de probat. cap. 8. & 10. Grivel. decis.* 93. *Sarm. 1. sel. interpr. 1. & lib. 7. cap. 7. Sand. 5. tit. 9. def.* 14.

XIV.

Non solum primæ, sed & secundæ, tertiæve nuptiæ licitæ sunt. Itaque rectè jus canonicum sustulit pœnas, quæ magis contrahentibus graves, quam liberis prioris matrimonii fructuosæ erant *c. pen. & ult. de sec. nupt. Gail. 2. obs.* 98. n. 8. *Peck. 1. de testam. conj.* 47. n. 3. *Mornac. ad l. 11. §. si qua ergo D. de his qui not. infam.* Illud pessimè, quod vetuit sacerdotibus secundis nuptiis benedicere *c. 1. & 3. de sec. nupt.* aut convivio nuptiali interesse. *c. de his* 8. 3 1. q. 1.

XV.

Tutoris datio neque imperii propriè est, neque jurisdictionis,

DE NUPTIIS ET TUTELIS

onis, sed legis *l. tuto* 6. §. *tutoris datio* *D. de tutel.* Nec ad-  
 versatur §. *sed hoc jure utimur* *Inst. de Atil. tutor. l. 1. §. 1. D.*  
*de tutor & cur. dat. l. 1. D. de jurisd. Cujac. 15. obs. 19. Donel. 3.*  
*com. 7. & 17. com. 8. Coras. 5. miscel. 24. Scip. Gentil. lib. 1. de*  
*jurisd. ad orat. D. Marc. cap. 1. 2. 4.*

XVI.

Tutor major debet esse annis xxv. §. *item major* *Inst. de*  
*Excus. tut. l. ult. C. de legit. tutel.* Quid si statutum anticipet  
 majorem ætatem, veluti *Traject. tit. xxviii. §. vi.* an pote-  
 rit ante annum xxv. tutor esse? Non poterit, nisi Statutum  
 in omnibus eum pro majore habeat, ita, ut & contrahere,  
 & alienare, & nuptias contrahere sine cujusquam consen-  
 su possit. *Vide Castr. in l. 2. not. ult. C. de his qui ven. et. impetr.*  
*Menoeh. consil. 478. n. 50 & seqq. Chopp. de morib. Paris. 2. cap.*  
*3. n. 2. Monta. de tutel. cap. 33. n. 618. Mev. ad jus Lubec. lib. 1.*  
*tit. 7. art. 6. n. 14. & seqq. Diff. Bald. 2. cons. 101. Boer. ad*  
*cons. Bitur. 1. §. 6. glos. 2.*

XVII.

Jure novo mater etiam & avia admittuntur ad tutelam  
 legitimam, si renuntient secundis nuptiis & SC. Vellejano  
*l. 1. & tot. tit. Quand. mul. tut. off. fung. nov. 118. cap. 5.* Sed an  
 mater præferatur avo paterno, ambigitur? Verisimilius est  
 eam avo præferri, si modo nepos conceptus fuerit, cum  
 pater jam sui juris esset. *arg. d. nov. 118. cap. 5. Cyn. in auth.*  
*matri n. 3. C. Quand. mul. Arg. ad consuet. Britan. art. 473*  
*glos. 2. in fin. (sibi penè repugnans art. 480. gl. 1. n. 2. Mon-*  
*ta. de tutel. cap. 15. n. 24.*

XVIII. Si



POSITIONES ILLUSTRÆ

XVIII.

Si mater spreta renuntiatione secundas nuptias contraxerit, amittit tutelam *d. nov. 118. nov. 94. cap. 2.* Solis ergò sponsalibus contractis non amittit tutelam *arg. l. sancimus 24. C. de nupt. Arg. d. art. 480. glos. 2. n. 4. Menoch. 2. de arb. cas. 151. n. 7. & 8. Montan. d. cap. 15. n. 78.* An pater quoque tutelam amittit per secundas nuptias? Nequaquam. *Arg. d. loc. n. 2. Gomes. ad leg. Taur. 40. n. 15. Gutier. de tutel. part. 1. cap. 9. n. 22. Pinel. ad l. fin. n. 15. C. de bon. mater. Grot. 1. mand. 7. Diff. Chassan. ad conf. Burg. tit. 6. §. 8. n. 2. in fin. 7. & 8. Montan. d. cap. 15. n. 109. & seqq.*

XIX.

Diligentiam tutor exactam præstare debet: dolum igitur, culpam latam, & levem, non levissimam. *l. quicquid 7. C. arb. tutel. l. à tutoribus 33. l. tutores 39. §. tutor 6. & §. seq. D. de admin. tut. l. 1. D. tut. & rat. distrah. Fab. ad l. contractus 23. D. de R. I. Alciat. ad l. magna 226. D. de V. S. Montan. de tut. cap. 32. reg. 9. à pr. Dec. ad d. l. contractus n. 37. Diff. Cujac. in d. l. 23. Giph. ib. n. 16.*

XX.

Tutor ante omnia inventarium conficere debet. *l. tutor 7. D. de admin. tut.* Quid si pater hanc necessitatem ei remiserit, an valet remissio? Valet: & sanè qui minus quam prohibitio testatoris, quæ valet ex *l. ult. §. 1. C. arb. tutel. Arg. ad conf. Britan. art. 477. glos. 2. n. 5. Montan. cap. 32. reg. 5. n. 98. Moller. 1. semest. 39. n. 2. Covar. 2. var. resol. 14. n. 4. Clar. §. testamentum quest. 66. n. 4. G. Pap. dec. 352. Hotom. 5. obs. 31.* Rectè tamen plerique, eam remissionem non obesse iudici, quo

DE NUPTIIS ET TUTELIS.

quo minus ex causa inventarium desiderare possit. *arg. l. 2. §. tractari 44. D. ad SC. Tertul. d. l. 7. de admin. tut. l. 10. D. de confirm. tut. l. 2. C. Quand. & quib. quart. pars deb.*

XXI.

Decretum, quod desideratur in alienandis rebus minorum in loco domicilii interpositum esse sufficit, etsi fundus in alia provincia situs sit. *l. 5. §. illud 12. D. de reb. eor. qui sub tut. l. 1. C. Qui pet. tut. l. propter litem 21. §. licet D. de Excus. tut. Costal. ad l. 5. D. de agnosc. vel al. lib. Gail. 2. obs. 123. n. 8. Sand. part. 1. de prohib. rer. alien. cap. 1. §. 5. n. 70. Monta. cap. 33. n. 55. Debet autem præcedere, non sequi alienationem Sand. d. cap. 1. §. 4. n. 68. arg. d. l. 5. §. non passim & seqq. D. de reb. eor.*

XXII.

Non solum non alienari, sed nec oppignerari res minoris sine decreto possunt. *l. ult. C. de reb. alien. non alien. l. 1. l. si pupillorum 9. §. 1. D. de reb. eor. qui sub tut. vel. cur. l. 3. C. de his qui ven. et. impetr. Tacita tamen hypotheca, quæ lege constituitur, etiam in bonis pupilli locum habet Sand. d. cap. 1. §. 3. n. 51. Monta. de tutel. cap. 33. n. 434. & seqq. Gail. 2. obs. 83. n. 9. Christin. ad leg. Mechlin. tit. 8. §. 14. n. 6. Diff. Peregr. 6. de jur. fisc. 6. n. 9. Costal. ad l. 1. D. Quæ res pign. obl. pos.*

XXIII.

Mortis causa an minor donare potest absque decreto? Si quidem præsens fiat traditio rerum, aut translatio domini sub conditione resolvenda, non valet: Sin minus, valere videtur. *arg. l. non videntur 167. D. de reg. jur. Confer Fabr. de error. pragm. decad. 46. err. 9. Sand. d. cap. 1. §. 7. n. 111. Diff. Gras. in §. donatio mortis causa quæ est. 4. Clar. in §. donatio quæ est. 6. in not. n. 11. Vasq. 4. contr. 12. n. 3. Fachin. 5. contr. 61. & 13. contr. 86.*



X X I V.

Auctoritas tutoris adeò necessaria est pupillo ad contrahendum, ut finè ea civiliter non obligetur, nisi locupletior sit factus. Cæterum naturaliter obligatur, etsi locupletior non sit factus. l. 3. §. pupillus D. de neg. gest. l. 3. D. Commod. l. 5. §. 1. D. de auct. tutor. l. cum illud 25. D. Quand. dies leg. ced. l. Stichum 95. §. aditio D. de Solut. & liberat. Vide Cujac. in l. si pupillus 127. D. de V. O. & 17. obs. 4. Coraf. 6. miscel. 22. Donel. in ead. l. 127. Fabr. 8. conjec. 5. Vult. discept. schol. 16. Diff. Mont. cap. 30. n. 101.

X X V.

Puberes verò absque curatoribus suis non solum naturaliter, sed & civiliter obligantur l. puberes 101. D. de V. O. l. in copulandis 8. C. de nupt. l. ait prator 7. §. 1. l. non omnia 44. D. de minor. l. 9. §. si minor D. de jurej. Vult. d. loc. Hotom. pr. Inst. de curat. Cuj. in d. l. puberes. Wes. ad pr. Inst. de auct. tutor. Diff. Duar. & Donel. in d. l. 101. de V. O. Godd. in l. princeps D. de V. S. Fach. 3. contr. 9. Monta. d. cap. 30. n. 103.

X X V I.

Suspectus tutor, siquidem ob dolum removeatur, infamis fit: sin ob culpam non æquè. §. suspectus autem Inst. de suspect. tutor. Quid si ob latam culpam remotus sit? Quoniam lata culpa in contractibus, nec non in edicto prætoris de infamibus, dolo æquiparatur, verius est & hunc infamiam contrahere. l. quod Nerva 32. D. de pos. l. magna 226. D. de V. S. l. liberorum 11. §. ult. D. de his qui not. infam. Duar. ad tit. D. de in lit. jur. n. 35. & ad tit. de susp. tut. cap. de caus. propt. quas &c: Donel. 18. com. 8. vers. tertia exceptio. Baro & Myns. ad d. §. suspectus. Cujac. 7. obs. 8. Coraf. 4. miscel. 2. n. 9. Monta. de tutel. cap. 36. reg. 8. n. 11. Diff. com. Dd. eosque secuti Wes. & Schneid. in d. §. suspectus Costal. ad d. l. liberorum post glos. Bartol. & alios in d. l. liberorum & d. §. suspectus.

F I N I S.